



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Novitivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

5 Si quis mutuas dedit alteri pecunias cum obligatione non repetendi ante biennium , posse aliquid accipere ratione illius obligationis non repetendi, affirmat Ledesm. & Cælestin. quamvis alij communiter negent. *ibid. ref. 48.*
& p. 5 tr. 13. ref. 50.

6 Qui nouit valorem pecuniae breui minuendum, potest illam alteri mutuare cū pacto , vt eam sibi restituat iurta valorem quem tunc habebit. Bonacim.
& Reginald. *p. 1. tr. 8. ref. 25.*

7 Quando mercator non vult mutuare, sed creditò merces offert, & vendit summo pretio , vt emptor eas vendat cui voluerit , potest ille ipse mercator eas statim redimere pecuniâ numeratâ , pretio medio , vel infimo , modo non intercesserit pactum explicitum, vel implicitum de retrouendendo , & modo intra limites iusti pretij constat. Lessius & alij 7. *ibid. ref. 33. & 58.*

8 Vide *Vsura.*

N

NOVITIVS.

1 Si quis breui tempore in sæculo m̄nēs sua debita soluere possit, putā

intra biennium, tenetur differre ingressum in religionem ; si minus potest statim ingredi non obstante Bullâ Sixti V. Quod si post ingressum aliqua hæreditas, legatum, vel donatio illi obueniat, tenetur Monasterium creditoribus satisfacere, non tamen religiosus labore, ut inde iis satisfiat. Sanchez & alij 3.p.3.tr.2.ref.41. & p.4.tr.4.ref.81.

2. Si quis ingressurus Nouitiatum aliquid donauit ante habitus suscep-
tionem, factum tenet: quia nondum erat
Nouitius. Concil. autem Trident. sess. 25.
c. 16. solùm vetat, ne Nouitius donet.
Sanchez & alij s.p. 3. tr. 2. ref. 55.

3 Puellæ destinatæ religioni possunt
admitti in Monasteria ante annos di-
scretionis. Portel. *ibid. res.* 131.

4 Puella duodennis potest suscipere
habitum religiosum (Azor. & alij 3.)
sed ante professionem, etiam monaste-
rii exempti, debet Episcopi vnum ex-
amen subire sub mortali tam recepit,
quāni recipientis. Sanchez & alij 2. *ibid.*
ref. 47.

¶.47.
5. Potest admitti Nouitius omissis
informationibus: neque incurruuntur
pœnæ Bullæ Sixti V. si Nouitius careat
illis defectibus. *ibid. ref. 81. & 83.*

6 Non interrupitur nouitiatus per egressionem è monasterio cum licentiâ Superioris. Imò etiam sine licentiâ; per tres, vel quatuor dies, modò ij postea suppleantur (Less. & alij) quamvis si quis dimisso habitu exeat, vel cum animo non redeundi, censembitur interrumpitus nouitiatus, etsi eodem die pœnitiat. Suar. *ibid. ref. 84.* & *p. 5. tr. 5. ref. 19.*

7 Quilibet Confessor.us etiam sacerdatis ab Episcopo approbatus, potest absoluere Nouitium regularem, etiam à peccatis in Religione referuatis; quia Nouitij sunt veluti sacerdtales. Decretum autem Clem. VIII. non est sumendum per modum præcepti, sed consilij. Azor. & alij 16. Gaudent tamen omnibus priuilegiis Religioni concessis. Suarez & alij 5 *p. 3. tr. 2. ref. 4.* & 73.

8 Potest Nouitius in articulo mortis, non expleto probationis anno, admittit ad professionem; & si moriatur, monasterium ab intestato succedit in bona ipsius: quia non decedit Nouitius. Sanchez & alij 5. vnde nec debet postea de novo profiteri si conualescat. etsi in his omnibus contraria sententia sit cōmuniōr *ibi. ref. 17.* & *p. 5. tr. 3. ref. 139.*

9 Nouitius qui reddit ad sacerdolum, nō

88-

per
itiā
per
stea
is si
ani-
rru-
eni-
9.
ula-
ab-
m à
quia
tum
dum
. A.
ibus
arez

rtis,
nitt
ona-
bona
San-
osteà
si in
a sit
139.
, nō
te-

tenetur ad expensas, quas in eo alendo monasterium fecit. Quia redditus, & eleemosynæ monasterij sunt etiam ad alendos Nouitios. Sanchez & alij 17. p.3. tr.2. ref.16.

10. Nouitius recedens à Religione, non reincidit in censuras, & irregularitates, à quibus in Religione fuit absolutus. Suarez & alij : *ibid. ref. 44.*

11. Nouitius etiam Fratrum Minorum, aut Cappucinorum potest in suo testamento reseruare electionem puellarum quibus suus hæres soluere debet quotannis certam pecuniam, cum licentiâ Superioris. Potest item Religiosus suum testamentum ante professionem factum, declarare, si est dubium. Vecchio & alij. *ibid. ref. 74. & 75.*

12. Ut valida sit professio cōplendus est annus nouitiatus de momento ad manentum, ut & annus decimus sextus. (Suar. & alij 10.) quamvis sufficere ut ultimus dies sit inchoatus doceat Henrīq. & alij 2. Imò si annus cōpleatur 24. Febr. anno bissextili, non poterit emit-
ti nisi 25. Febr. eo puncto diei quo ante suscepserat habitū die 24. quia vtraque illa dies pro vnā habetur in iure. Molin. & alij 3. *ibid. ref. 57. & p.5. tr.5. ref. 18.*